NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN
130030-B
ALT-



128. A. 338.

86.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
POSSESSIONE,
Quam
In nomine Sacrosanctæ Trinitatis,
PRÆSIDE
Magnifico, Nobilissimo ac Consultissimo Viro,
DN. JUSTO SINOLT
COGNOMENTO Schütz/
JCto CELEBERRIMO, INCLYTÆ ACADEMIÆ Marpurgensis Vice-Cancellario, Professore Primario, Serenissimi Principis ac Domini, Dn. GEORGII, Hassiæ Landgravii &c. Consiliario fidelissimo Promotore ac Præceptore suo debitâ animi observantiâ colendo,

In JCtorum Auditorio publico examini subjicit

Ad diem Augusti.

JOHANNES Hirschfeld/ MARPURGENSIS HASSUS.

MARPURGI CATTORUM,
Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII,
Academ. Typograph. 1642.

130030-B

VIRO

MAGNIFICO, NOBILISSIMO

ET CONSVLTISSIMO,

DN. PHILIPPO LUDOVICO FABRICIO, JCTO,

SERENISSIMI HASSIÆ PRINCIPIS

GEORGII &c. Consiliario intimo & Procancellario gravissimo,

Domino Mecænati & Promotori debitâ observantiâ suspiciendo,

Hoc exercitium legale in sui suorumq; studiorum commendationem

offert & inscribit

Johannes Hirschfeldt/

A. & p.

Σὺν Θεῷ

DISPVTATIO DE POSSESSIONE.

THESIS I.

POSSESSIO *a)* à sedibus apellata *b)* est jus *c)* ex arbitrio suo *d)* corporaliter *e)* rei vacuæ *f)* insistendi cum affectione sibi habendi *g)*

a) Generaliter significat detentionem & insistentiam rei, *leg.* 7. § 11. *ff. commun. divid. junct. leg.* 9. *ff de R V.* quatenus illi, qui sunt in possessione, dicuntur possidere, ut cum jura dicunt, rem vindicari à possessore, Magnif. Dn. D. Schützius *disp.* 21. *th.* 4. *lit b.* 2. ipsam rem immobilem possessam denotat, *leg. pen. ff. de alien. judic. mut. caus.* l 5. §. 2. & 10 *ff. de reb. eor. qui sub tut.* l. 3 *ff de extraord. cognit.* l. 86. *in fin. de acquir. hered.* l. 12. *pr. de instruct. vel instrum. legat. leg.* 6 *C. de R V* l. 2. *C. de probat.* l. 8. *C. de compens.* l 6. *Cod. de prad. & aliis reb. min.* 3. rem immobilem cujus proprietas apud nos non est significat, eoque sensu usus appellatur, *leg.* 115. *ff. de Verb. S.* velut in verbo usucapionis usus possessionem denotare videtur, & sic possessio usurpatur pro usucapione, *l.* 19. *l.* 23. §. 1. *ff ex quib. caus. maj.* Sic prædium vectigale vel tributarium Colono possessio est, *l.* 1. *in fin. ff. si ager vectig. petatur l.* 15. §. 1. *ff. qui satisd. cog.* item prædia provincialia possessiones dicuntur, *l.* 11. *C. comm. utriusq; jud.* 4. Stricte accipitur pro detentione con-

juncta cum animo sibi habendi, *l.*1.§ 3. *l.*3. §.3. *l.*19. *in fin. ff h. l.*37. *ff. de pignor. act.* & hoc modo sumimus in thes. nostra.

b) Quasi sedũ positio *l.*1. *pr. ff. h. ibiq;* Gothofr. Schneidew. *in §. possidere l. de interd.* dicit esse quasi pedum positionem, quia naturaliter tenetur ab eo qui rei insistit *l.*3. §.5. *in fin. l.*1. *pr. ff. h.* utramque tamen lectionem ratione significatus defendi posse asserit Petrus Frid. *de possess. c.*1. *n.*5. *in fin.*

c) Possessio in genere sumpta, vix videtur admittere commodam definitionem ita, ut, *docente glossa* peritissimi possessionem definire nesciverint, in specie tamen ita definire volumus, quod scil. sit *JUS* verbo juris paulò latiùs sumpto pro facultate aliqua vel potestate, possessio enim in jure nostro non tantùm ea est, quæ habet actum primum & consistit in ipsa detentione, sed etiam quæ est in facultate apprehendendi, *arg. leg.* 6. §. 1. *ff. h.* An autem possessio juris sit, alia quæstio est & &c. in possessione acquisita quædam occurrere, propter quæ aliquid juris eam habere fatendum sit.

d) Id est quandocunq; velit in potentia proxima *l.*3. §.13. *ff. h. t.*

e) *Leg.*1. §.1. *l.*3. *pr. h. φυσικῶς καὶ σωματικῶς vide* Gothofr. *ad l.*1. *pr. ff. h. v. infr. th.*4. *lit. b.*

f) *Leg.*18. §.2. *l.*33. *l.*34. *pr. l.*52. §. *ult h.* non autem intelligitur simpliciter vacua, sufficit enim si sit vacua eo genere possessionis, quod in alium transfertur, vel alius acquirit.

g) *Leg.*3. §.1. *ff. h.* dicitur alias affectio tenendi *l.*1. §.3. *h.* affectus possidendi, *l.*3. §.3. *h.* intellectus possidendi *l.*1 §.9. *ff. h.* destinatio habendi rem pro suo, *l.*67. *pr. ff. de furt.* neq; insistentiæ vocabulo implicitè affectio sibi tenendi comprehenditur.

THES. II.

Possessio dividitur primò *a*) in civilem *b*) & naturalem *c*) illa semper justa est *d*) & definitur, quòd sit jus insistendi rei animo domini *e*) hæc est jus insistendi rei citra opinionẽ domini cũ alio tamen jure sibi habendi *f*) estque vel justa *g*) vel injusta *h*) Secundò dividitur in possessionem bonæ fidei & malæ fidei. *i*)

a) *l.*1. §.9. *ff. de vi & vi arm. l.*2. §. 1. *ff. pro hered. leg.*38. §.7. *ff. de V. O. l.*3. §. *fin. ff. ad exhib.* non itaq; unica & simplex est possessio, nec da-

datur tertia species inter naturalem & civilem, quam dicunt corporalem, hæc enim eadem est cum naturali *l.* 40. *§ fin. de pign. act.* & plerumque dicitur de naturali injusta *l.* 24. *h.* non tamen semper *d. l.* 40.

b) Est ambigua, interdum enim largissimè sumitur respectu approbationis, quia jure gentium introducta, jure civili approbatur, & sic quælibet naturalis possessio civilis dici potest, *arg. l.* 130. *de V. S.* pro ut quoq; utraque tàm naturalis quàm civilis legitima dicitur, *in l.* 10. *C. h. t.* Aliquando in genere sumitur pro ea possessione, quam in animo quis retinet, quæ intellectualis dicitur, ad differentiam naturalis possessionis in genere, quæ de corporali rei insistentia intelligitur, *ut in l.* 10. *C. h. t.* Deniq; strictè accipitur ad differentiam possessionis naturalis in specie, quæ prorsus separata est à possessione naturali in specie, ita ut impossibile sit eam cum naturali in una & eadem persona simul concurrere posse, & hoc sensu accipimus *in hac nostra th.*

c) Et hæc non uno modo dicitur 1. Non dicitur species sed modus possidendi, corporalis scilicet insistentia, & ita sumitur, quando simpliciter ponitur naturaliter possidere, *l.* 1. *ff. h.* vel cum animo opponitur *l.* 3. §. 3. *&* 13. *ff. h.* eoque sensu dicitur *in leg.* 10. *Cod. h.* duplicem esse rationem, aliam quæ corpore, aliam quæ jure consistit. 2. Quando nec animo domini, nec alio jure sibi habendi possidetur, *l.* 7. *§.* 11. *ff. commun. divid. l.* 2. §. 1. *ff. pro hered.* quo etiam refertur servus, *l.* 2. *§.* 11. *ff. pro emt. l.* 38. §. 7. *cum § seq. ff. de V. O. l.* 24. *l.* 49. §. 1. *ff. h.* quæ possessio nihil aliud est quam detentio, *l.* 18. *h. t. l.* 3. *§.* 8. *ff. uti possid.* 3. Ubi non quidem animo domini possidetur, sed tamen animo sibi habendi, & hoc in significatu hîc sumimus.

d) Sic qui prætore authore possidet justè possidet, *leg.* 11. *ff. h.* quod procedit si cum causæ cognitione judicialiter parte altera citata de cujus præjudicio agebatur, *l.* 9. *C. de judic.* secus si de facto & extrajudicialiter ad unius partis petitionem processerit, Gail. 2. *Obs.* 76. *numero* 5.

e) *Leg.* 22. *§.* 1. *ff. de noxal. act. l.* 13. *§.* 1. *ff. de publ. in rem act. l.* 15 *§.* 33. *ff. de dam. infec.* cum qua coincidit illa Theophili *in tit. I. de usufr.* quod sit τὸ ψυχῇ ἁλωτόζοντ & νέμεσθαι.

f) *Leg.* 15. *§.* 4. *de precar. & per jura lit. e. allegata* naturalis enim possessor non habet animum domini, quia naturaliter scit vel scire debet rem suam non esse, gerit tamen quendam animum sibi

habendi, quia rem quam occepavit, vult quidam sibi habendi ratione suam esse.

g) *Leg 3. §. 5. h. l. 2. & 3 ff. uti possid.* veluti creditoris possidentis pignus, *l.* 40 *§. fin. de pign act. l.* 35 *in fin. eod. leg. 3. in fin. ff. ad exhib. l.* 37. *ff. de A. R. D.* & qui precario accepit, *l.* 22. *§.* 1. *de noxal. act. l.* 13. *§.* 1. *de public. in rem l.* 7. *§* 4. *ff. commun. divid.* &c.

h) Cum quis sine voluntate domini injustè h. e. vi, clam aut precario rem occupat, & sibi habere cupit, *l.* 1. *§. ult. ff. uti possid. leg.* 1. *§.* 28. *ff. de vi & vi arm. l.* 6. *pr. ff h leg.* 7. 9. 5. *ff. comm. divid.* & hi injusti possessores non solùm expressè possidere dicuntur, *leg.* 1. *§.* 28. *ff. de vi & vi arm. leg.* 6. *pr. & §.* 1 *ff h.* (quòd ejusmodi possessio essentialia possessionis habeat *l* 3. *§* 5. *h.* & qualitas injustitiæ à titulo & scientia proficiscatur, quæ ipsi possessioni extrinsecus accedunt & essentiam non ingrediuntur) sed etiam remediis possessoriis contra non dominos defenduntur, *l* 2. *ff. uti possid. l.* 1 *§.* 30 *ff. de vi & vi arm.*

i) *Leg.* 3. *§.* 22. *ff. h* quæ divisio tamen ad superiorem facile referri potest, hinc, qui bona fide possidet, civiliter possidet, non vice versa, omnis qui civiliter possidet, bona fide possidet, quia dominus possidet rem suam, nec tamen bona fide possidet, scit enim revera se esse dominum, non se dominum esse credit, ut bonæ fidei possessor. *pr. l. de usucap.* Qui mala fide possidet naturaliter possidet, non contrà, creditor enim pignus naturaliter possidet, non tamen mala fide, *l.* 22. *§.* 1. *de noxal. act. l.* 13. *§* 1 *de publ. in rem act.* Qui bona fide possidet, justè possidet, non vice versa, quia creditor justè possidet, non bona fide, bona fide enim possidet, qui credit se dominum esse, creditor autem non credit se dominum pignoris esse, *leg.* 35. *§.* 1. *de pign. act. l.* 9. *C. eod.* Anton. Matth. *Coll ff. disp.* 45. *th* 33.

THES. III.

Omnes *a*) vel naturaliter *b*) vel civiliter *c*) possidere possunt, qui habent intellectum possidendi *d*) & animum sibi tenendi, *e*) etiam duo eandem rem in solidum possidere possunt. *f*)

a) Sive bona sive mala fide, *l.* 2. *§.* 1. *ff. pro emt.* sive justè, sive injustè possideant, *leg.* 2. *ff. uti possidetis* sive sint domini, *leg.* 1. *§.* 2. *ff. uti possid.* sive non *l.* 3. *§.* 12. *ff. ad ex hib.* vel non esse possint, *l.* 115. *ff. de V. S.*

b) Sic

b) Sic naturaliter possidet creditor rem sibi oppignoratam, *leg.* 7. *§.* 12. *ff. comm. divid. v. jura alleg. supr. tit.* 2. *lit. g.* Sequester in quem partes possessionem transtulerunt, *l.* 39. *ff. h.* qui precatiò accepit ut possideret, *l.* 4. *§.* 1. *l.* 15 *§.* 4. *ff. de precar.* usu fructuarius, *l.* 12. *pr. leg.* 49. *pr. ff. h. l.* 5 *pr ff si usufr. pet. l.* 21. *ff. quemadm. servit. amit.* Vasallus 1. *F.* 22. *§ ult.* 2. *Feud.* 8. *§. ult.* Emphyteuta *leg.* 1. *§.* 1. *ff. si ag. vectig pet. l.* 15. *§* 1. *qui satisd. cog.* uxor rem à marito donatam, *l.* 1. *§.* 10. *ff. de vi & vi arm. l.* 1. *§.* 4. *l.* 16 *l.* 1. *in fin. ff. pro donat.* non possidet civiliter, *l.* 26. *pr. ff de don. int.* jus civile enim improbat hanc donationem, *l.* 1. 2. 3. *& passim tot. tit. ff. eod.* sed naturaliter, hinc usuras & fructus, quos suo facto percipiunt, sibi acquirunt, *l.* 45. *ff. de usur. l.* 15 *§.* 1. *cum seqq. de donat. int. vir. & uxor.*

c) Civiliter possident, qui revera domini sunt & dominium acquisiverunt, *l.* 1. *§.* 2. *in fin. uti possid. l.* 10. *§.* 2. *ff. de A. R. D.* qui in potestate usucapiendi sunt, *pr. in fin. l. de usucap. §.* 4. *I. de act. leg.* 3. *§.* 21. *ff. h. t.* & qui ex secundo decreto in possessionem missi sunt, nam vel prior possessor dominus fuit, & misso etiam dominium acquiritur, *leg* 1. *ff. de fundo dot.* vel non fuit dominus, & transit conditio usucapiendi, *l.* 15. *§.* 16. *ff. de damn. infect.*

d) Hinc intellectum possidendi non habent errans, *l.* 34. *b.* nesciens, *l.* 3. *§.* 3. *vers. is enim ff. h.* dormiens, *l.* 1. *§.* 3. *h. l.* 209. *de V. S.* hereditas jacens, *l.* 1. *§.* 15 *ff. si is qui testam. lib.* Obrecht *disp.* 25. *th.* 286. pupillus infans sine tutoris authoritate incipere possidere nequit, *l.* 1. *§.* 3. *h.* tutore authore possidere incipit, *l.* 32. *in fin. ff. h.* quod utilitatis causa receptum est, pupillus pubertati proximus, si intellectum habeat, possessionem acquirere potest, non interveniente tutoris authoritate, *d l.* 1. *§.* 3. *h.* Borchold *de A. poss. cap.* 3. *n.* 5. Furiosus curatore authore possessionem inchoare nequit, *leg.* 5 *ff. de R. I.* non enim est suus, *l.* 7. *§.* 9. *ff. ex quib. caus. maj.* nec ejus est voluntas, *l.* 40. *de R. I.* sed dormienti similis, *leg.* 1. *§.* 3. *h.* & per omnia & in omnibus ignorantis, *l.* 4. *ff. de divort.* absentis, *l.* 124. *de R. I.* & quiescentis loco est, *l.* 2. *§.* 3. *ff. de Iure Codicill.* possessam tamen retinet, *l.* 4 *§.* 3. *de usuc. l.* 31. *§.* 3. *l.* 44. *§.* 6. *ff. eod.* curator vero nomine furiosi solus possessionem rectè accipit, *leg.* 1. *ff. de bonor. possess. furios. &c.* Municipes per se nihil possidere possunt, quia uni consentire non possunt, *l.* 1. *§. ult. h. leg. un* §. 1. ibi movet enim quòd consentire non possint, *ff. de libert. univ.* omnes possunt, *l.* 8. *C. de ll.*

e) Unde

e) Unde excluduntur, qui familiaritatis gratia fundum amici ingrediuntur, *l.41.ff.h.* hospites, amici, *l.9.h.* & generaliter omnes qui in possessione sunt. *l.10 §.1.h.l.9.ff.de R.V.* veluti qui rei servandæ causa in possessionem missi sunt, *leg.12.ff.ex quib.caus.in poss.ff. eat. l.3. §.ult.h.10.§.1.ff.h.* vel alieno nomine detinent, *l.18.pr.h.* ut sunt procuratores, tutores & curatores, *l.1.§.20.h.* servi, *l.4.§.4.ff.de usucap.* mercenarii, *l.20.ff.quemadm.serv amit.* sunt enim servi loco, *l.4.ff.de usu & habit.leg.1.§.16.& 20.ff.de vi & vi arm.* liberi bona fide possessi, *l.1. §.6.h.* filii fam. *l.38.§.7.de V.O.* nisi habeant bona castrensia vel quasi vel adventitia, depositarii; *leg.17.§.1.depositi* commodatarii, *leg.8.ff. commod.l.3.§.20.h.* coloni, inquilini, *l.31.§.ff.de usucap.§.5.l.de interd.* qui precario rogaverunt, ut saltem essent in possessione, *l.10.§.1.ff h. l.6.§.2.de precar.* imò & statuta de possessoribus loquentia non extenduntur ad simplices detentatores, qui non suo sed alieno nomine detinent. Frider. *de poss.ff.c.9.n.7.*

f) Quod verum est de diversis possessionum speciebus, *l.3. §.5.h.l.3.ff.uti possid.l.15.§.4.ff.de precar.l.25.§.fin.ff.h.* Secus de una eademq; possessionum specie, *leg.19.ff.de precar.l.5.§. ult.commod.* Sic creditor pignus naturaliter possidet, *l.35.ff.de pign.act.* debitor civiliter, *l.8.ff.commod.l.36.ff.h.* Riemer. *dec.14.q.8.*

Thes. IV.

Res vacuæ *a)* corporales *b)* tàm mobiles *c)* quàm soli *d)* modò sint certæ *e)* & in commercio hominum existant *f)* possideri possunt.

a) *v.th.1.supr.lit.f.* Sic vacat res in insula in mari nata, *leg.1. §.1.h.* in rebus pro derelicto habitis, §.47. *I.de R.D.*

b) *Leg.3.pr.h.* incorporales enim propriè non possidentur, *l.4.§.27.ff.de usuc.l.32.in fin.ff.de S.V.P.l.12.pr.h.* neq; earum est vacua traditio, *l.3.§.2.de act.empt.l.ult.de servit.* sed quasi possidentur, *l.16. §.4.l.18.§.1.de pet.hered.l.23.§.2.ex quib.caus.maj.l.10.ff.si.serv. vindic.* quia tamen pro juribus incorporalibus interdicta undiq; comparata sunt, *l.3.§.17.ff.de vi & vi arm.l.5.§.3.ff.de itin.act.priv.* idcirco sæpissimè sine ulla nota improprietatis possideri dicuntur, *leg fin.in fin.ff.si pars hered.pet.* Vultej. *J.R.lib.1.c.67.n.8.*

c) *Leg.1.§.1.leg.15.l.47.ff.h.* adeò ut etiam rationes in charta

aliqua

aliqua ſcriptæ à nobis poſſideantur, *l.3.§.14.ff.ad exhib.* res verò mobiles ſingulæ per ſe poſſidentur, & ſic ſingulorũ animalium in grege, non gregis eſt poſſeſſio; *l.30.§.2.ff.de uſur.* quæ verò alii immobili, ut partes toti cedunt, eæ per ſe non poſſidentur, ut regulæ aut columnæ ædificio junctæ, *l.30.pr.h.l.8 quod vi aut clam*, ſed cum univerſitate, *l.23.§. ult. de R.V. l.7.§.11.ff. de A.R.D.* Sub rebus mobilibus continentur ſe ipſum moventes, *l.93.ff. de V.S.* Sic beſtiæ vivariis incluſæ & piſces in piſcinas conjecti, *l.3.§.14.h.* item aves, apes & columbæ poſſidentur, *l.3.§.15.& 16.ff.h.*

d) Totus fundus, (etiam partes quæ per alluvionem accreverunt, *l.8.pr.l.24.§.2 ff.de leg.*1. poſſidentur,) quamvis omnes glebæ non circumambulentur, *l.3.§.1.h.* poſſidetur, e.g. veſtibulum domus apprehendens, totam domum & omnes res in ea exiſtentes poſſidere intelligitur, Jaſon *in leg.3.n.32. h. t.* quod ſi plures ſint fundi ita diſtincti, ut alter alterius pars non ſit, *l.6.§.1.ff.commun.prædior.* ſingulorũ poſſeſſio acquirenda eſt, *ar.l.30.in fin.ff.de uſuc.* Sic caſtro apprehenſo non etiam fundi à caſtro ſeparati, apprehenſi intelliguntur.

e) Nec refert an tota res an pars poſſideatur, ſemper enim certa eſſe debet, pars autem alia dicitur pro diviſo, quæ certa eſt ratione loci, vel pro indiviſo, quæ ſecundùm quid incerta eſt, quia non incurrit in ſenſum, certa tamen dicitur ratione quotæ, quæ & ipſa rectè poſſidetur, *l.26.pr.l.43.pr.h.l.8.de R.V.* alia pars ſimpliciter incerta eſt ratione loci & quotæ, & hujus partis non eſt poſſeſſio, *l.32.in fin. de uſucap. l.3.§.2.l.26.§.1 h.*

f) Quæ vero ab humano commercio ſunt exemptæ, ut ſunt res ſacræ, ſanctæ & religioſæ, §.7.8.9. *I.de R.D.§.1. I.de inutil.ſtip.l.30.§.1.h.l.6.de contrah.emt.l.83.§.5.de V.O.* liberi noſtri *l.1.§.8.h.* liber homo, *l.23.§.2.h.t.* propriè poſſideri nequeunt, quod in libero homine eatenus verum, quatenus alter ſcit, eum liberum eſſe, *l.23.in fin.l.30.§.1.h.* ab ignorante enim bona fide poſſideri poteſt, & domino putativo acquirit, §.4. *I.per quas perſ.nob.acq. l.1.§.6.h.l.10.§.4.de A.R.D.*

THES. V.

Acquirimus poſſeſſionem corpore *a*) & animo *b*) ſimul, *c*) idque vel per noſmet ipſos, *d*) vel per alios, *e*) qui aut extra poteſtatem noſtram exiſtunt *f*) aut po-

testati nostræ verè & plenè *g*) sivè minùs plenè *h*) subjecti sunt.

a) Corpus in acquisitione apprehensionem denotat, hinc thesaurum ab aliis in fundo nostro defossum non possidemus, si ejus possidendi animũ habeamus, *l.3.§.3.ff.h.* possessionis enim acquisitio à corpore incipit, & ille, qui nescit thesaurum in fundo suo esse, quamvis fundum possideat, thesaurum tamen non possidet, *d.leg.3.§.3.versc̃aterum h.* cujus argumento statuimus, captivum ea ipsa pecunia, quam secum habet, se posse redimere, modò victor ignoret, hanc apud captivum esse pecuniam, apprehensio autem illa est vel vera, quæ fit ipso actu & corpore, cùm sc. rei insistimus, *l 1. pr. h.* corpore rei incumbimus, *l.19. §.1. h.* pedem rei inferimus, *l.18.§.2.h.* in fundo stamus vel sedemus, *l.3.§.5.h.* omnes glebas circumambulamus, *leg.3.§.1 h.* rem mobilem manibus apprehendimus, vel ficta, quando res non per manuum contactum vel pedum, sed per alium quẽndam actum corporeum capitur, tunc enim apprehensa fingitur, & pro capta habetur, sic parte corporis apprehensa, totum corpus possidemus, *leg.3.§.1 h.v.th.4. lit.d.* etiam oculis & affectu apprehendimus, *l.1.§.21.l.18.§.2.h.* quasi manu longa, *l.79.ff.de solut.* item si rei emptæ custodem appposueris, *l.51.h.* vel rem signaveris, *l.14.§.1 de peric. & comm.rei vend.* vel instrumentum tituli, *l.1.C.de donat.* vel rei clausæ claves tradideris, *l.1.§.21.in fin h.leg.9.§ 6.ff.de A.R.D.l.74. de contrah. emt.§.45.l.de R.D.* acquiritur possessio: Hinc quando donator glebam unam in Ecclesiam delatam alteri impposuit, sub testimoniõ audientium & videntium, vel glebam in manum Episcopi tradidit, possessio fundi donati Ecclesiæ quæritur. *c.2.X.de consuetud.* Si rem, quam tibi locavi, commodavi, vel apud te deposui, postea ex causa acquirendi dominii apud te esse passus fuerim, tu possidere incipis. *§.44.l de R.D l.3.§ 20.h l.9.§.5.de A R.D.l. 9 §. ult. de R.C.l.9. §.1. de publ.in rem act.* & si rem à te mihi venditam, in domum meam te inferre jussérim, statim me possidere certum est, *l.18.§.2.ff.h.* quæ vera sunt, si & transferentis & accipientis consensus intervenerit.

b) Qui modò mens & cogitatio, *l.3.§.1 h.* modò judicium vel sensus, *leg.32.§ 2.h.* modò consensus, *leg.1.§. ult.h.* propositum, *leg.46.h.* voluntas, *leg.2.§.12 ff. pro emt.* & plenus animi affectus *leg.3. Cod.h.* nominatur.

c) Non


image
not
available

accipiendo sibi acquirat, *Aff.* si expressè hoc dixerit, *leg.* 1. §. 19. & 20. *ff. h.*

g) Ut sunt servi & filii fam. Per servos vel ancillas, *l.* 1. §. 12. *h.* etiam impuberes, *l.* 1. §. 11. & 13. *h.* possidemus scientes, *l.* 1. §. 19. *h.* non ignorantes, nisi ex causa peculii, *leg.* 44. §. 1. *l.* 1. §. 5. *l.* 3. §. 12. *l.* 24. *h. l.* 16. *de O. & A.* Suth. *dissertat.* 6 *aph.* 61. tunc enim ignorantes acquirimus, nisi injustè possideant, *l.* 24. *h.* Per servos fugitivos etiam possessionem acquirimus, *leg.* 1. §. 14. *h. l.* 25. *in fin. de liberal. causa.* Sed civilem, modo servus ab alio non sit apprehensus, *d. l.* 1. §. 14 & alii acquirere nolit: per servos pignoratos non acquirimus, *leg.* 1. §. 15. *leg.* 37. *pr. de A. R. D.* nec per hereditarios, *l.* 1. §. 16. *h.* Item per filios in potestate nostra constitutos acquirimus possessionem, *leg.* 10 §. 2. *de A. R. D.* in peculio sc. profectitio, §. 1. *I. per quas person. nob. acquir.* etiam si filius ab alio tanquã servus possideatur, *l.* 4. *h.* adventitium peculium quidem olim pleno jure patri acquirebatur, & per consequens collationi obnoxium erat, §. 1. *I. per quas person.* quia tamen filius hodie nudam proprietatem, pater usumfr. habet, *l.* 1. *C. de bon. matern. l.* 6. & *ult.* §. 5. *C. de bon. quæ lib.* ideò acquiritur filio per semetipsum civilis possessio, naturalis verò patri, tanquam usufructuario acquiritur, *l.* 12. *pr. ff. h. l.* 15. *pr. ff. qui satisd. cog.* quoad castrensia, vel quasi filius pro patrefam. habetur, *l.* 2. *ff. ad SC. Maced.* adeoq; patri non acquirit dominium, nisi moriatur intestatus, tunc enim bona ejus quasi peculium patri deferuntur, *l.* 2 *ff. de castrens. pecul.* idem obtinet in possessione, *arg. l.* 10. §. 2. *de A. R. D.*

h) Qui non sunt verè & plenè servi ut fructuarii, *l.* 1. §. 8. *l.* 49. *pr. h.* servi alieni bona fide pro propriis possessi, *l.* 1. §. 6. *h.* homines liberi bona fide pro servis possessi, per illos ex re nostra & operis ipsius acquirimus, reliqua acquiruntur nudo proprietario & vero domino, aut ipsi homini libero, §. 4. *I. per quas person. nob. acquir. l.* 23. *l.* 10. §. 3. & *seq. de A. R. D. l.* 1. *C. de R. V.* Per servum communem singuli dominorum pro portione domini acquirunt, §. *ult. I. de stip. serv. l.* 5. & 7. *de stip. servor.* si impersonaliter, aut sibi stipulatus sit, si v. sub nominibus propriis stipulatus fuerit, dominis pro portionibus virilibus singulis acquirit, *l.* 37. *ff. de stip. serv.* quod verum est, nisi jussu unius domini, *l.* 1. §. 18. *h.* aut uni nominatim, *l.* 1. §. 7. *h.* aut rem quæ uni tantùm acquiri potest stipuletur, §. *ult. I. de stip. servor.* aut ex re

unius

unius possessionem apprehendat, *l.45.ff.de A.R. D.l.24.ff.com.divid.*

THES. VI.

Probatur possessio tùm per causas, & modos quibus acquiritur, *a)* tùm per actus aliquos possessorios, *b)* & alias communes probationum species. *c)*

a) Eo referenda consignatio rei, receptio clavium in præsentia rei facta, *l.74.ff.de contrah. emt.l.1.§.21.ff.h.* instrumentorum traditio, & omnes modi, quibus possessionem acquiri diximus, *th.§. lit. a.* animus autem possidendi, quia nec videri nec tangi potest, juramento probatur, Gail.2.*observ.*206.*n.*7. Si sc. juraverit se ea mente fundum esse ingressum, ut possideret, item verbis probatur, si ingrediens fundum dixerit hominibus præsentibus & audientibus, se eo animo introire, ut possessionem fundi acquireret.

b) Veluti per insistentiam rei in re vacua, nisi ipsius rei natura repugnet: per agrorum culturam, *l.3.§.4.uti possid.* etiamsi de reditibus non constet, fructuum, *l.48.pr.de solut.* & pensionum (quæ loco fructuum succedunt) perceptionem, censuum & collectarum solutionem, investituram veram, non abusivam, Vült. *Feud.n.*10. & 11. nisi fiat in re præsenti, Borchold. *de feud. c.7.n.*7. Sic quoq; per lignorum incisiones, bestiarum pastiones, exercitia venandi &c. jus lignandi, pascendi & venandi probatur, Treutl. *d.disp.th.6.in fin.*

c) Sc. per rem judicatam, instrumenta, famam & testes etiam singulares, Wesenb. *in parat.h.n.6.* quod obtinet in possessorio summario & momentaneo, secus in plenario, quam distinctionem sequitur Camera, attestante Gail.1. *obs.*7.*n.*2.

THES. VII.

Retinemus possessionem vel animo & corpore simul nostro, *a)* vel animo nostro solo, *b)* vel animo nostro & corpore alieno. *c)*

a) Quod non habet dubium, si enim corpore & animo simul possessio acquiritur de novo, multò magis ita retinetur, cùm facilius aliquid retineatur, quàm acquiratur.

b) Ne per singula horarum momenta rebus nostris insistere necesse habeamus, *l.3.§.11.l.30.§.5.l.44.§.ult.ff.h l.1.§.25.ff. de vi & vi arm.leg.4. Cod.eod.* quod verum est, etiamsi sit ab alio occupata, &

nos occupatam esse ignoremus, *l.3.§.7.l.6.§.1.l.25.§.2.l.46.ff.h.* vel si quoque sciamus, putemus tamen eum aut nobis cessurum esse, aut nos eum facilè expellere posse, adeoq; adhuc nobis esse facultatem apprehendendi rem integram existimemus, nec inter naturalem & civilem possessionem distinguimus, utramque enim animo retinemus. Non tamen hic dissimulandum, res mobiles ab immobilibus hac in re differre, possessio enim mobilium (quarum appellatione veniunt etiam se ipsum moventes,) facilius perit & amittitur, *l.3.§.13.leg.13.pr.l.47.h.t.* excepto tamen servo fugitivo, *d.leg.13.pr.l.15.in fin.h.t.*

c) *L.3.§.12.h.* etiam per pupillum, *l.32.§.1.h.* & generaliter per omnes, qui nostro nomine in possessione sunt, *l.9.h.* & per heredes eorum *l.60.§.1.locat.* retinemus, licèt moriantur, *l.40.§.1.h.* aut furere incipiant, aut dormiant, *l.31.§.3.de usucap.v supr.tb.3.lit.d.* aut alii locent, *l.25.§.1.h.* vel apud alium deponant, *l.30.§.ult.h.* vel discedant, aut derelinquant. *l.ult.C de acquir.poss.*

THES. VIII.

Possessor re possessâ pro arbitrio suo fruitur, *a)* fructus percipit, *b)* usucapit, *c)* & si quæ sunt alia commoda exercet, *d)* dantur etiam pro possessore remedia. *e)*

a) L.11.ff [illegible] *arm.* præsumitur enim dominus, *l.1.§.1. ff.h.t.* & bon[illegible] dere. West *parat.ff h.t n.7.* donec contrarium demonstr[illegible] *R.P.* quare & probationis onere relevatur, *l.2.C.* [illegible] commodum posse soris, *§.4.I.de interd.* & [illegible] ille, qui non possidet, *l.2 ff. uti possid.* & in [illegible] conditio possidentis, *l.26.in fin.l.128.l.154.de* [illegible] nec utilium [illegible] tionis allegare, *l.11.C.de* [illegible] semhabe[illegible] neatur, *l.25 ff.de jure fisci*, [illegible] quora cr[illegible] deat, *leg.20.ff. de interrog in* [illegible] dess[illegible] rialis, v. c. pro herede vel pro [illegible] ad fundandam intentionem [illegible] ingulari, an petitione hereditatis [illegible] *th.3 lit.e.* Hinc re duobus ven[illegible] tradita est, potior est, *l.15.C.de R.V.* [illegible] *act.l.31.§.fin.ff.de act.emt.* quod & in feudo

feudo admittit Mynsing. 4. *obs.* 61. *n.* 15. in privilegiis v. & concessionibus Principum per modum gratiæ factis, prima Principis concessio posteriori prævalet, etiamsi traditio secundo fuerit facta, *l.* 5. *Cod. de locat. prædior. civil. l.* 11. *tit.* 70. Gail. 2. *obs.* 55. Item duobus vel pluribus de principatu vel territorio contendentibus, vasallus in dubio homagium præstat ei, qui in possessione est. Vult. 1. *Feud. c.* 7. *n.* 77.

b) Quod tamen recipit distinctionem, ut bonæ fidei possessor, qui credit illum dominum fuisse, à quo rem accepit, § 36. *Instit. de R. D. l.* 27. *de contrah. emt. l.* 109. *de V. S.* fructus perceptos (nam fructus pendentes fundi pars esse videntur, *l.* 44. *ff. de R. V.*) omnes suos faciat, interim sc. donec evincantur, *l.* 48. *ff. de A. R. D. l.* 25. § 1. *de usur.* consumtos autem industriales non extantes, lucretur, *l.* 22. *C. de R. V.* naturales v. cum re restituat. *l.* 45. *ff. de usur.* Malæ fidei possessor, qualis etiam est post litem contestatam, *l.* 25. § 7. *de petit. hered.* omnes omnino fructus non solùm perceptos, sed etiam eos, quos percipere potuit, *l.* 33. *l.* 62. § 1. *ff. de R. V. l.* 39. § 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 4. *C. unde vi l.* 5. *Cod. de R. V. l.* 12. *pr. ff. quod metus causa, l.* 10. § 20. *ff. quæ in fraud. cred.* restituere teneatur, etiamsi titulum habeat, *l.* 1. *C. de petit. hered. l.* 2. *C. de fruct. & lit expens.* facit generalitas, ll. allegat., Vult. 1. *disc. Schol. c. ult.* pro extantibus v. datur rei vind. *l.* 3. *Cod. de condict. ex L. l.* 4 *C. de crim. expil. hered.* pro consumptis datur condictio ex injusta causa, *l.* 4. § 1. *de R. C.* ad æstimationem, *d. l.* 3. & 4. *leg.* 4. § 2. *ff. fin. reg.* Magnif. Dn. D. Schütz *exer.* 5. *th.* 24. *l. c.*

c) Quod intellige de illo, qui animo & opinione domini possidet, Suth. *disser.* 6 *aph.* 20. ut autem possessor usucapiat, requiritur 1. Ut habeat bonam fidem, § 1. *l. de usuc.* ab initio, *l.* 48. § 1. *ff. de A. R. D. l.* 1. *C. de usuc. transform.* quod jure Can. mutatum est, *c. ult. de præscript.* 2. Ut habeat justam possidendi causam, *pr. l. de usucap. l.* 1. *de præscript. long. temp.* non tantùm in una, sed & in diversis, *l.* 14. § 1. *de diverse. præscript.* error autem falsæ causæ usucapionem non parit, § 6 *Inst. de usucap. l.* 11. *ff. pro empt. l.* 31 *ff. de usucap.* nisi quis errandi justissimam causam, ex alieno facto proveniens habeat, *l.* 29. *l.* 33. § 1. *in fin. l.* 44. § 4. *in fin. ff. de usuc. l.* 11. *ff. pro dot. l.* 1 *pro donat. l.* 6 *pro derelict. l.* 2. 3. & 4 *ff. pro legat. l.* 1. § 1. *ult. pro dot.* § 1 *ff. pro suo*, hæc tamen non obtinent in præscriptione longissimi, quæ non nisi exceptio est, *l.* 3. *l.* 7. *l.* 8. § 1. *C. de præscript.* 30. *annor.*

nec

nec in immemoriali, Mynsing. 1. *obs.* 30. in his enim neq; bona fides neq; titulus desideratur.

d) Sic etiam injustè possidens, possessione privari nequit sine causæ cognitione, *l. fin. C. de R. V. l.* 13. *ff. quod metus caus.* & si res est litigiosa, Judex rem possidendi aufferre, & apud tertium sequestrare nequit, *l. un. C. de prohibit. sequestr.* nisi ex causa contumaciæ, *c.* 2. *X. de dolo & contum.* &c. Si v. possessor ullam molestationem metuit, officium Judicis implorare potest, ne hoc fiat, vel etiam intentare remedium L. diffamari, C. de ingenuis & manum ibid. Contard. *c.* 3. *n.* 117. *& seq.* Qui jure dominii possidet immobilia, onere satisdandi liberatur, *l.* 15. *§.* 1. *ff. qui satisd. cogunt.* maximè quoad cautionem de judicio sistendo in criminalib. Bach. *ad Tr. h. disp. th.* 5. *lit. d.* possessor justus à nullo inquietatus, potest petere, pronunciari se esse possessorem, ut ita in omnem eventum tutus sit, Contard. *ad d. l. diffamari, C.* 3. *n.* 145.

e) Remedia illa sunt adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ possessionis, *§.* 2. *I. de interd.* Adipiscendæ possess. remedia sunt interd. quorum bonorum, *l.* 1. *§.* 1. *ff. quor. bon.* Salvianum, *§.* 3. *in fin. I. de interd. & tot. tit. ff. de salv. interd.* quod legatorum, *l.* 1. *§.* 1. *ff. quod legat.* Retinendæ remedia sunt, uti possidetis, & utrubi, quorum hoc de mobilium, illud de immobilium possessione competit, *§.* 4. *Inst. de interd.* neutrum v. datur nudo detentori, *l.* 1. *§.* 10. *l. ult. ff. de vi & vi arm. l.* 3. *§.* 7. *&* 8 *ff. uti possid. l.* 9. *ff. de R. V.*, sed quæritur, quomodo detentatibus sit succurendū, & distinguitur an inquietentur ab ipso domino vel tertio aliquo, priori casu habent paratam actionem, vel ad interesse, *l.* 33. *ff. locat.* vel ut re conducta uti frui liceat, vel ut implorēt officium judicis, *l.* 3. *§.* 7. *in fin. ff. uti possid.* Mynsing. *ad §. possidere, I. de interd. n.* 11. posteriori casu habent actionem contra dominum, ut sibi cedat interdictum, vel officio judicis illis succurritur: In utroq; interdicto is vincit, qui possessionem nec vi, nec clam nec precario, ab adversario possidet tempore litis contestatæ de jure novo, *§.* 4. *in fin. I. de interd.* Pro possessione recuperanda competit interd. unde vi, quo is, qui de possessione rei immobilis dejectus est, ante omnia restituit, *l.* 1. *§.* 30. *ff. de vi & vi arm. c.* 5. *X. de restit. spoliat.* & contra illum, à quo vitiosam nactus est possessionem, *§.* 6. *vers. licèt is ab eo, I. de interd.* licèt adversarius dominium in continenti probare

paratus

paratus sit, *l.1.C.si per vim vel alio modo.* Eum etiam qui armis venit, ut me de possessione dejiciat, armis repellere possum, *l.1.§.27.ff.de vi & vi arm.* sed hoc confestim & in continenti, *l.17.ff.eod.* non exintervallo, *l.3.§.9.ff.eod.* nisi enim hæc expulsio fiat in continenti, nemo possessione sua certus esset, vel rem usucaperet, Magnific. Dn. D. Schütz *Exercitat.24.th.14 lit b.* & tunc in aggressori aliter parcere non possumus, adhibito moderamine inculpatæ tutelæ eum occidere licet, *l.2.l.3.& l.4.C ad L.Corn.de sic.*

Thes. IX.

Affinis possessioni est detentio, *a*) possessio rerum incorporalium, *b*) & dominium. *c*)

a) Sic percipit fructus colonus, *l.2.§.1.ff.pro herede.l.7.§.11. ff.commun.divid. l.1.§ 1 ff.de vi & vi arm.* Commodatarius, *dd.ll.arg. l.3.§.ult.ff.ad exhib l.38.§.10.ff.de usuc.* non tamen verè possident, sed detinent saltem, *l.49.§.1.h.* sunt in possessione, *leg.10.§.1.l.18.pr.ff.h.* Wesenb. *parat.ff.h.n.8. v.th.1. lit.a. th.2. lit.c.*

b) Nam res incorporales possidentur quidem, sed impropriè, *v.th.4.lit.b.* usus enim rei & patientia est pro traditione, *l.ult. ff.de servit.l.3.pr.ff.de usufr.* requiritur autem ad hanc possessionem non tantùm inductio in prædium, sed etiam exercitium, *c.3.X de causa poss.& proprie t.* & si ex altera parte traditio ficta intercesserit, veluti si dominus permittat, constituta servitute aliquem per fundum suum ire, unicus actus sufficit, cæteroquin ubi possessio introducenda est ex patientia & præsumta domini scientia, plures actus continuati requiruntur, *l.1.§.2.ff.de itin.actu priv.*

c) Ratione acquisitionis & tuendi juris, *leg.1.§.1.ff.l.8.C.h.t.* ratione substantiæ verò, & definitionis nihil commune habent possessio & proprietas, *l.12.§ 1.l.17.l.52.ff.h.t.* vel lis proprietatis nihil commune habet cum lite possessionis, hinc qui rei vindicatione experiri cœpit per ignorantiam vel imprudentiam, ei licitū est transire ad possessorium, *l.18.§.1.de vi & vi arm.l.12.§.1.ff.h.* Arum. *Exerc.19. th.15.* aliàs nec possessorium retinendæ, *§.4.Inst.de interd* nec adipiscendæ vel recuperandæ cū petitorio cumulari potest, Franzk. *ex. 14.q.1.& 2.* cum prius causa possessionis decidi debeat, *l.3.C.de interd. l.13.Cod.de R.V. l.35.ff.h.* Sic etiam differunt possessio & dominium

C ratione

tatione transmissionis in heredes. *v. th. 5. lit. e.* item ex pluribus causis eandem rem possidere possumus, *l. 1. pr. ff. pro suo*, qua in re à dominii natura recedit, *l. 3. §. 4. ff. h.* & accedit ad naturam obligationum, *l. 159. de R. J. l.* 14. §. 2. *ff. de except. rei Jud.*

X.

Amittitur possessio, *a)* corpore & animo simul, *b)* tàm nobis volentibus *c)* quàm invitis, *d)* & hoc in rebus mobilibus *e)* & immobilibus, *f)* etiam per alios. *g)*

a) Multis modis, *l.* 30. §. 1. *h.* vel simpliciter vel secundùm quid, veluti civilis possessio retinetur, si res sub conditione tradita fuerit, *leg* 34. *in fin. pr. ff. h. l.* 38. §. 1. *h. l.* 8. *de R. C.* vel si servus fugerit, quem ipsum non tantùm civiliter possidemus, sed etiam rerum per eum apprehensarum, civilem possessionem acquirimus, *l. 1. §. 14. l. 13. l. 15. h. l. 25. in fin. ff. de liberal. causa.*

b) *Leg.* 8. *l. 6. h. l. 153. ff. de R. J.* sive à corpore ejus amittendæ initium fiat, sive ab animo, corpus enim sine animo nihil possidere potest.

c) *L.* 3. §. 9. *h.* veluti cum quis dicat, se nolle amplius possidere, *leg. 3. §. 6. ff. h.* vel alteri rem tradat, ut possideat, (licet inhabilis sit, *l.* 18. §. 1. *leg.* 1. §. 4. *ff. h.* vel si quis alicui possessionem ea mente tradat, ut sibi postea restituatur, *l.* 17. §. 1. *h.* vel si quis servum manumittat, *l.* 30. §. 4. *h. t.* possidere desinit.

d) Si res sacra fiat vel religiosa, *l.* 30. §. 1. *h.* si possessor in alterius potestatem perveniat, *l.* 30. §. 3. *h.* vel moriatur, *l.* 23. *pr. h.* si ex secundo decreto in possessionem missus illam apprehenderit, qui damni infecti cavere debuit, nec tamen cavit, possidere desinit, *l.* 30 §. 2. *h.*

e) Harum possessionem non tantùm amittimus, si nobis eripiantur, *leg.* 15. *h.* sed etiamsi tantùm exciderint, ut inveniri non possint, *l.* 3. §. 13. *h.* si in flumen demersæ sint, *l.* 13. *pr. h.* si quod possidebam in aliam speciem translatum sit, *l.* 30. §. 4. *h.* si pecus aberraverit, *l.* 3. §. 13. *ff. h.* ub: tamen excipitur servus, *per supr. alleg. lit. a.*

f) Immobilium possessionem amittimus, si flumen vel mare eas occupaverit, *leg.* 12. § *fin. ff. de reb. auth. jud. l.* 3. §. 17. *l.* 30. *§.* 3. *ff. h.*

vide

vide Bachov. *ad πρῶτ. p.* 186. *& in addit. ad part. post. vol.* 2. *p.* 1385. si iis dejiciamur. *l.* 5. *de usucap.* si, cum absentibus nobis, quis eas ingressus esset, & ubi id rescivimus, *l.* 46. *h.* possessionis & rei apprehendendæ, nobis non amplius superesse facultatem putamus, *l.* 1. §. 24. 28. *& 29. ff. de vi & vi arm. l.* 3. §. 8. *l.* 6. §. 1. *l.* 7. *l.* 25. *in fin. h.*

g) Distinguendum tamen est inter res mobiles & immobiles, illas amittimus etiã ignorantes, ubi quis talrem eas intervertẽdi animo contrectavit, *l.* 3. §. 18. *l.* 20. *l.* 47. *ff. h. v. supr. th.* 7. *lit. b.* harum possessionem amittimus etiam ignorantes, si modò alius fuerit possessionem ingressus, *l.* 44. §. 2. *ff. h.* item si quis nostro nomine possidebat, desetendæ possessionis causa excesserit, *l.* 31. *l.* 40. §. 1. *ibi aliud existimandum, ff. h. t.* vel alteri rem tradiderit, *l.* 3. §. 9. *ff. h.* si verò simpliciter exierit, possessionem retinemus, *l.* 3. §. 8. *h.* nisi dominus facultatem apprehendendi possessionem neglexerit, ut dicitur in *l.* 40. §. 1. *h.* sed huic juri derogatum est *per l. ult. C. h.* ubi asseritur, quòd per coloni discessionem domino præjudicium generari nequeat, etiamsi colonus possessionem alteri tradiderit, & licèt colono discedente, alter possessionem fuerit ingressus, quod hactenus admittendum est, ut tamdiu retineatur possessio à domino, quamdiu eam occupatam ab alio ignorat, aut postquam rescivit, spem eam recuperandi non deposuit, sed facultatem aliquam apprehendendi sibi superesse existimat. Hæc sunt, quæ de hac non minus perplexa & utili materia in præsentiarum (ita enim dicitur in *l.* 1. §. 2. *de tab. exhib.*) ex tenuitate ingenii mei proponere volui: Jehova Trinunus omnia tenens, omnia possidens, cui cœlum sedes & terra scabellum, det nobis in Christo Θεανθρώπῳ, Filio suo Redemptore & Mediatore nostro gratiam Spiritus Sancti, per quam illuminati, in possessionem Regni cœlorum beatissimas transferemur, illi soli

sit Laus Honor & Gloria in æternum,

Amen.

Coro-

COROLLARIA.

1. *DEillis, qui Religionis & Legis divinæ curam non habent, sensit Viglius ICtus apud Metteran.* lib. 6. in fin. *inquiens,* ein Jurist ein böser Christ.

2. *Ducere quis potest eam, quam vivente uxore sua impregnaverat.*

3. *Confessio sine causa licèt non probet, probat tamen si fuerit repetita, nisi manifestus error intervenerit.*

4. *Per reiteratum consensum non tollitur remedium,* l. 2. C. de rescind. vend.

5. *Sententia interlocutoria, etiamsi sit geminata, revocari potest.*

6. *Concurrente prohibitione legis & hominis, adeoq; duplicis prohibitionis, quamvis alienationem, etiam in casu à iâs à jure permisso, prohibitam esse, multa exempla elegantia docent.*

7. *Iudæus tutor Christiani esse nequit.*

8. *Feudum legari potest.*

9. *Feudi filio concessi ususfructus patri acquiritur.*

10. *Vasallus cum vidua domini defuncti stuprum committens, feudo non privatur.*

11. *Romana Monarchia ante extremum diem non est peritura.*

12. *Lutheranæ religioni addictus Princeps in Imperatorem eligi potest.*

13. *Electorem, si tria habeat suffragia, se ipsum eligere, suaq; voce majorem numerum facere posse, non dubium est.*

14. *Privato, cui res ob publicam utilitatem à Principe auffertur, pretium à publico est solvendum.*

FINIS.

accipiendo sibi acquirat, *Aff.* si expressè hoc dixerit, *leg.* 1. §. 19. & 20. *ff. h.*

g) Ut sunt servi & filii fam. Per servos vel ancillas, *l.* 1. §. 12. *h.* etiam impuberes, *l.* 1. §. 11. & 13. *h.* possidemus scientes, *l.* 1. §. 19. *h.* non ignorantes, nisi ex causa peculii, *leg.* 44. §. 1. *l.* 1. §. 5. *l.* 3. §. 12. *l.* 24. *h. l.* 16. *de O. & A.* Suth. *dissertat.* 6 *aph.* 61. tunc enim ignorantes acquirimus, nisi injustè possideant, *l.* 24. *h.* Per servos fugitivos etiam possessionem acquirimus, *leg.* 1. §. 14. *h. l.* 25. *in fin. de liberal. causa.* Sed civilem, modo servus ab alio non sit apprehensus, *d. l.* 1. §. 14 & alii acquirere nolit: per servos pignoratos non acquirimus, *leg.* 1. §. 15. *leg.* 37. *pr. de A. R. D.* nec per hereditarios, *l.* 1. §. 16. *h.* Item per filios in potestate nostra constitutos acquirimus possessionem, *leg.* 10 §. 2. *de A. R. D.* in peculio sc. profectitio, §. 1. *I. per quas person. nob. acquir.* etiam si filius ab alio tanquã servus possideatur, *l.* 4. *h.* adventitium peculium quidem olim pleno jure patri acquirebatur, & per consequens collationi obnoxium erat, §. 1. *I. per quas person.* quia tamen filius hodie nudam proprietatem, pater usumfr. habet, *l.* 1. *C. de bon. matern. l.* 6. & *ult.* §. 5. *C. de bon. quæ lib.* ideò acquiritur filio per semetipsum civilis possessio, naturalis verò patri, tanquam usufructuario acquiritur, *l.* 12. *pr. ff. h. l.* 15. *pr. ff. qui satisd. cog.* quoad castrensia, vel quasi filius pro patre fam. habetur, *l.* 2. *ff. ad SC. Maced.* adeoq; patri non acquirit dominium, nisi moriatur intestatus, tunc enim bona ejus quasi peculium patri deferuntur, *l.* 2. *ff. de castrens. pecul.* idem obtinet in possessione, *arg. l.* 10. §. 2. *de A. R. D.*

h) Qui non sunt verè & plenè servi ut fructuarii, *l.* 1. §. 8. *l.* 49. *pr. h.* servi alieni bona fide pro propriis possessi, *l.* 1. §. 6. *h.* homines liberi bona fide pro servis possessi, per illos ex re nostra & operis ipsius acquirimus, reliqua acquiruntur nudo proprietario & vero domino, aut ipsi homini libero, §. 4. *I. per quas person. nob. acquir. l.* 23. *l.* 10. §. 3. *& seq. de A. R. D. l.* 1. *C. de R. V.* Per servum communem singuli dominorum pro portione domini acquirunt, §. *ult. I. de stip. serv. l.* 5. & 7. *de stip. servor.* si impersonaliter, aut sibi stipulatus sit, si v. sub nominibus propriis stipulatus fuerit, dominis pro portionibus virilibus singulis acquirit, *l.* 37. *ff. de stip. serv.* quod verum est, nisi jussu unius domini, *l.* r. §. 18. *h.* aut uni nominatim, *l.* 1. §. 7. *h.* aut rem quæ uni tantùm acquiri potest stipuletur, §. *ult. I. de stip. servor.* aut ex re

unius

unius possessionem apprehendat, *l.45.ff.de A.R. D. l.24.ff.com.divid.*

THES. VI.

Probatur possessio tùm per causas, & modos quibus acquiritur, *a*) tùm per actus aliquos possessorios, *b*) & alias communes probationum species. *c*)

a) Eo referenda consignatio rei, receptio clavium in præsentia rei facta, *l.74.ff.de contrab. emt. l.1.§.21.ff.h.* instrumentorum traditio, & omnes modi, quibus possessionem acquiri diximus, *th.§. lit. a.* animus autem possidendi, quia nec videri nec tangi potest, juramento probatur, Gail.2.*observ.*206.*n.*7. Si sc. juraverit se ea mente fundum esse ingressum, ut possideret, item verbis probatur, si ingrediens fundum dixerit hominibus præsentibus & audientibus, se eo animo introire, ut possessionem fundi acquireret.

b) Veluti per insistentiam rei in re vacua, nisi ipsius rei natura repugnet: per agrorum culturam, *l.3.§.4.uti possid.* etiamsi de reditibus non constet, fructuum, *l.48.pr.de solut.* & pensionum (quæ loco fructuum succedunt) perceptionem, censuum & collectarum solutionem, investituram veram, non abusivam, Vult. 1. *Feud. n.*10. & 11. nisi fiat in re præsenti, Borchold. *de feud. c.7.n.7.* Sic quoq; per lignorum incisiones, bestiarum pastiones, exercitia venandi &c. jus lignandi, pascendi & venandi probatur, Treutl. *d. disp th.6.in fin.*

c) Sc. per rem judicatam, instrumenta, famam & testes etiam singulares, Wesenb. *in parat. h.n.6.* quod obtinet in possessorio summario & momentaneo, secus in plenario, quam distinctionem sequitur Camera, attestante Gail.1. *obs.*7.*n.*2.

THES. VII.

Retinemus possessionem vel animo & corpore simul nostro, *a*) vel animo nostro solo, *b*) vel animo nostro & corpore alieno. *c*)

a) Quod non habet dubium, si enim corpore & animo simul possessio acquiritur de novo, multò magis ita retinetur, cùm facilius aliquid retineatur, quàm acquiratur.

b) Ne per singula horarum momenta rebus nostris insistere necesse habeamus, *l.3.§.11. l.30.§.5. l.44.§. ult. ff. h. l.1.§.25. ff. de vi & vi arm. leg.4. Cod. eod.* quod verum est, etiamsi sit ab alio occupata, &

nos occupatam esse ignoremus, *l.*3.§.7.*l.*6.§.1.*l.*25.§.2.*l.*46.*ff.h.* vel si quoque sciamus, putemus tamen eum aut nobis cessurum esse, aut nos eum facilè expellere posse, adeoq; adhuc nobis esse facultatem apprehendendi rem integram existimemus, nec inter naturalem & civilem possessionem distinguimus, utramque enim animo retinemus. Non tamen hic dissimulandum, res mobiles ab immobilibus hac in re differre, possessio enim mobilium (quarum appellatione veniunt etiam se ipsum moventes,) facilius perit & amittitur, *l.*3.§.13.*leg.*13.*pr.l.*47.*h.t.* excepto tamen servo fugitivo, *d.leg.*13.*pr.l.*15.*in fin.h.t.*

c) *L.*3.§.12.*h.* etiam per pupillum, *l.*32.§.1.*h.* & generaliter per omnes, qui nostro nomine in possessione sunt, *l.*9.*h.* & per heredes eorum *l.*60.§.1.*locat.* retinemus, licet moriantur, *l.*40.§.1.*h.* aut furere incipiant, aut dormiant, *l.*31.§.3.*de usucap.v supr.th.*3.*lit.d.* aut alii locent, *l.*25.§.1.*h.* vel apud alium deponant, *l.*30.§.*ult.h.* vel discedant, aut derelinquant. *l.ult.C.de acquir.poss.*

THES. VIII.

Possessor re possessâ pro arbitrio suo fruitur, *a*) fructus percipit, *b*) usucapit, *c*) & si quæ sunt alia commoda exercet, *d*) dantur etiam pro possessore remedia. *e*)

a) *L.*11.*ff.de vi & vi arm.* præsumitur enim dominus, *l.*1.§.1.*ff.h.t.* & bona fide possidere, Wes. *parat.ff.h.t.n.*7. donec contrarium demonstretur, *l.fin.C.de R.V.* quare & probationis onere relevatur, *l.*2.*C.de probat.* hoc enim est commodum possessoris, §.4.*I.de interd.* & plus juris habet, quàm ille, qui non possidet. *l.*2.*ff.uti possid.* & in pari causa potior est conditio possidentis, *leg.*126.*in fin.l.*128.*l.*154.*de R.J.l.*65.*de R.J.in* 6. ut nec titulum suæ possessionis allegare, *l.*11.*C.de petit.hered.* nec unde rem habeat prabare teneatur, *l.*25.*ff.de jure fisci*, sufficit enim dicere, quota ex parte possideat, *leg.*20.*ff.de interrog in jure fac.* vel an possideat titulo universali, v. c. pro herede vel pro possessore, an singulari aliquo titulo ad fundandam intentionem actoris, ut sciatur, an vindicatione singulari, an petitione hereditatis agendum sit. Bach. *ad Tr.p.*1.*disp.*15.*th.*3 *lit.e.* Hinc re duobus venditâ, donatâ, locatâ, ille, cui priori tradita est, potior est, *l.*15.*C.de R.V. l.*72.*ff.ev.d.l.*9.§.4.*ff.de publ.in rem act.l.*31.*§.fin.ff.de act.emt.* quod & in

feudo

feudo admittit Mynsing. 4. *obs.* 61. *n.* 15. in privilegiis v. & concessionibus Principum per modum gratiæ factis, prima Principis concessio posteriori prævalet, etiamsi traditio secundo fuerit facta, *l.* 5. *Cod. de locat. prædior. civil. l.* 11. *tit.* 70. Gail. 2. *obs.* 55. Item duobus vel pluribus de principatu vel territorio contendentibus, vasallus in dubio homagium præstat ei, qui in possessione est. Vult. 1. *Feud. c.* 7. *n.* 77.

b) Quod tamen recipit distinctionem, ut bonæ fidei possessor, qui credit illum dominum fuisse, à quo rem accepit, § 36. *Instit. de R. D. l.* 27. *de contrah. emt. l.* 109. *de V. S.* fructus perceptos (nam fructus pendentes fundi pars esse videntur, *l.* 44. *ff. de R. V.*) omnes suos faciat, interim sc. donec evincantur, *l.* 48. *ff. de A. R. D. l.* 25. § 1. *de usur.* consumtos autem industriales non extantes, lucretur, *l.* 22. *C. de R. V.* naturales v. cum re restituat. *l.* 45. *ff. de usur.* Malæ fidei possessor, qualis etiam est post litem contestatam, *l.* 25. § 7. *de petit. hered.* omnes omnino fructus non solùm perceptos, sed etiam eos, quos percipere potuit, *l.* 33. *l.* 62. § 1. *ff. de R. V. l.* 39. § 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 4. *C. unde vi l.* 5. *Cod. de R. V. l.* 12. *pr. ff. quod metus causa, l.* 10. § 20. *ff. quæ in fraud. cred.* restituere teneatur, etiamsi titulum habeat, *l.* 1. *C. de petit. hered. l.* 2. *C. de fruct. & lit. expens.* facit generalitas, ll. allegat, Vult. 1. *disc. Schol. c. ult.* pro extantibus v. datur rei vind. *l.* 3. *Cod. de condict. ex L. l.* 4 *C. de crim. expil. hered.* pro consumptis datur condictio ex injusta causa, *l.* 4. § 1. *de R. C.* ad æstimationem, *d. l.* 3. & 4. *leg.* 4. § 2. *ff. fin. reg.* Magnif. Dn. D. Schütz *exer.* 5. *th.* 24. *l. c.*

c) Quod intellige de illo, qui animo & opinione domini possidet, Suth. *disser.* 6. *aph.* 20. ut autem possessor usucapiat, requiritur 1. Ut habeat bonam fidem, § 1. *I. de usuc.* ab initio, *l.* 48. § 1. *ff. de A. R. D. l.* 1. *C. de usuc. transform.* quod jure Can. mutatum est, *c. ult. de præscript.* 2. Ut habeat justam possidendi causam, *pr. I. de usucap. l.* 1. & 2. *C. de præscript. long. temp.* non tantùm in una, sed & in diversis personis, *l.* 14. § 1. *de diverss. præscript.* error autem falsæ causæ usucapionem non parit, § 6 *Inst. de usucap. l.* 11. *ff. pro empt. l.* 31. *ff. de usucap. l.* 27. *eod.* nisi quis errandi justissimam causam, ex alieno facto provenientem habeat, *l.* 29. *l.* 33. § 1. *in fin. l.* 44. § 4. *in fin. ff. de usuc. l.* 11. *ff. pro empt. l.* 1. *pro donat. l.* 6. *pro derelict. l.* 2. 3. & 4. *ff. pro legat. l.* 1. § *ult. pro dot. l. ult.* § 1. *ff. pro suo*, hæc tamen non obtinent in præscriptione longissima, quæ non nisi exceptio est, *l.* 3. *l.* 7. *l.* 8. § 1. *C. de præscript.* 30. *annor.*

nec

nèc in immemoriali, Mynsing. 1. *obs.* 30. in his enim neq; bona fides neq; titulus desideratur.

d) Sic etiam injustè possidens, possessione privari nequit sine causæ cognitione, *l. fin. C. de R. V. l.* 13. *ff. quod metus caus.* & si res est litigiosa, Judex rem possidendi aufferre, & apud tertium sequestrare nequit, *l. un. C. de prohibit. sequestr.* nisi ex causa contumaciæ, *c.* 2. *X. de dolo & contum.* &c. Si v. possessor ullam molestationem metuit, officium Judicis implorare potest, ne hoc fiat, vel etiam intentare remedium L. diffamari, C. de ingenuis & manum ibid. Contard. *c.* 3. *n.* 117. *& seq.* Qui jure dominii possidet immobilia, onere satisdandi liberatur, *l.* 15. *§.* 1. *ff. qui satisd. cogunt.* maximè quoad cautionem de judicio sistendo in criminalib. Bach. *ad Tr. h. disp. th.* 5. *lit. d.* possessor justus à nullo inquietatus, potest petere, pronunciari se esse possessorem, ut ita in omnem eventum tutus sit, Contard. *ad d. l. diffamari, C.* 3. *n.* 145.

e) Remedia illa sunt adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ possessionis, §. 2. *I. de interd.* Adipiscendæ possess. remedia sunt interd. quorum bonorum, *l.* 1. *§.* 1. *ff. quor. bon.* Salvianum, §. 3. *in fin. I. de interd. & tot. tit. ff. de salv. interd.* quod legatorum, *l.* 1. §. 1. *ff. quod legat.* Retinendæ remedia sunt, uti possidetis, & utrubi, quorum hoc de mobilium, illud de immobilium possessione competit, §. 4. *Inst. de interd.* neutrum v. datur nudo detentori, *l.* 1. §. 10. *l. ult. ff. de vi & vi arm. l.* 3. §. 7. *&* 8 *ff. uti possid. l.* 9. *ff. de R. V.* sed quæritur, quomodo detentatribus sit succurendũ, & distinguitur an inquietentur ab ipso domino vel tertio aliquo, priori casu habent paratam actionem, vel ad interesse, *l.* 33. *ff. locat.* vel ut re conducta uti frui liceat, vel ut imploret officium judicis, *l.* 3. §. 7. *in fin. ff. uti possid.* Mynsing. *ad §. possidere, I. de interd. n.* 11. posteriori casu habent actionem contra dominum, ut sibi cedat interdictum, vel officio judicis illis succurritur: In utroq; interdicto is vincit, qui possessionem nec vi, nec clam nec precario, ab adversario possidet tempore litis contestatæ de jure novo, *§.* 4. *in fin. I. de interd.* Pro possessione recuperanda competit interd. unde vi, quo is, qui de possessione rei immobilis dejectus est, ante omnia restituit, *l.* 1. §. 30. *ff. de vi & vi arm. c.* 5. *X de restit. spoliat.* & contra illum, à quo vitiosam nactus est possessionem, *§.* 6. *vers. licèt is ab eo, I. de interd.* licèt adversarius dominium in continenti probare

paratus

paratus sit, *l.1.C.si per vim vel alio modo.* Eum etiam qui armis venit, ut me de possessione dejiciat, armis repellere possum, *l.1.§.27.ff.de vi & vi arm.* sed hoc confestim & in continenti, *l.17.ff.eod.* non ex intervallo, *l.3.§.9.ff.eod.* nisi enim hæc expulsio fiat in continenti, nemo possessione sua certus esset, vel rem usucaperet, Magnific. Dn. D. Schütz *Exercitat.24.th.14 lit b.* & tunc in aggressori aliter parcere non possumus, adhibito moderamine inculpatæ tutelæ eum occidere licet, *l.2.l.3.& l.4 C ad L.Corn.de sic.*

Thes. IX.

Affinis possessioni est detentio, *a*) possessio rerum incorporalium, *b*) & dominium. *c*)

a) Sic percipit fructus colonus, *l.2.§.1.ff.pro herede.l.7.§.11. ff.commun.divid.l.1.§ 1.ff.de vi & vi arm.* Commodatarius, *dd.ll.arg. l.3.§.ult.ff.ad exhib l.38.§.10.ff.de usuc.* non tamen verè possident, sed detinent saltem, *l.49.§.1.h.* sunt in possessione, *leg.10.§.1.l.18.pr.ff.h.* Wesenb. *parat.ff.h.n.8. v.th.1. lit.a. th.2. lit.c.*

b) Nam res incorporales possidentur quidem, sed impropriè, *v.th.4.lit.b.* usus enim rei & patientia est pro traditione, *l.ult. ff.de servit.l.3.pr.ff.de usufr.* requiritur autem ad hanc possessionem non tantùm inductio in prædium, sed etiam exercitium, *c.3.X de causa poss.& proprie t* & si ex altera parte traditio ficta intercesserit, veluti si dominus permittat, constituta servitute aliquem per fundum suum ire, unicus actus sufficit, cæteroquin ubi possessio introducenda est ex patientia & præsumta domini scientia, plures actus continuati requiruntur, *l.1.§. 2.ff.de itin.actu priv.*

c) Ratione acquisitionis & tuendi juris, *leg.1.§.1.ff.l.8.C.h.t.* ratione substantiæ verò, & definitionis nihil commune habent possessio & proprietas, *l.12.§ 1.l.17.l.52.ff h t.* vel lis proprietatis nihil commune habet cum lite possessionis, hinc qui rei vindicatione experiri cœpit per ignorantiam vel imprudentiam, ei licitū est transire ad possessorium, *l.18.§.1.de vi & vi arm.l.12.§.1.ff.h* Arum. *Exerc.19. th.15.* aliàs nec possessorium retinendæ, *§.4.Inst.de interd* nec adipiscendæ vel recuperandæ cū petitorio cumulari potest, Franzk. *ex. 14.q.1.& 2.* cum prius causa possessionis decidi debeat, *l.3.C.de interd. l.13.Cod.de R.V. l.35.ff. h.* Sic etiam differunt possessio & dominium

C ratione

ratione transmissionis in heredes. *v. th. 5. lit. e.* item ex pluribus causis eandem rem possidere possumus, *l. 1. pr. ff. pro suo*, qua in re à dominii natura recedit, *l. 3. §. 4. ff. h.* & accedit ad naturam obligationum, *l. 159. de R. J. l. 14. §. 2. ff. de except. rei Jud.*

X.

Amittitur possessio, *a)* corpore & animo simul, *b)* tàm nobis volentibus *c)* quàm invitis, *d)* & hoc in rebus mobilibus *e)* & immobilibus, *f)* etiam per alios. *g)*

a) Multis modis, *l. 30. §. 1. h.* vel simpliciter vel secundùm quid, veluti civilis possessio retinetur, si res sub conditione tradita fuerit, *leg. 34. in fin. pr. ff. h. l. 38. §. 1. h. l. 8. de R. C.* vel si servus fugerit, quem ipsum non tantùm civiliter possidemus, sed etiam rerum per eum apprehensarum, civilem possessionem acquirimus, *l. 1. §. 14. l. 13. l. 15. h. l. 25. in fin. ff. de liberal. causa.*

b) *Leg. 8. l. 6. h. l. 153. ff. de R. J.* sive à corpore ejus amittendæ initium fiat, sive ab animo, corpus enim sine animo nihil possidere potest.

c) *L. 3. §. 9. h.* veluti cum quis dicat, se nolle amplius possidere, *leg. 3. §. 6. ff. h.* vel alteri rem tradat, ut possideat, (licet inhabilis sit, *l. 18. §. 1. leg. 1. §. 4. ff. h.* vel si quis alicui possessionem ea mente tradat, ut sibi postea restituatur, *l. 17. §. 1. h.* vel si quis servum manumittat, *l. 30. §. 4. h. t.* possidere desinit.

d) Si res sacra fiat vel religiosa, *l. 30. §. 1. h.* si possessor in alterius potestatem perveniat, *l. 30. §. 3. h.* vel moriatur, *l. 23. pr. h.* si ex secundo decreto in possessionem missus illam apprehenderit, qui damni infecti cavere debuit, nec tamen cavit, possidere desinit, *l. 30. §. 2. h.*

e) Harum possessionem non tantùm amittimus, si nobis eripiantur, *leg. 15. h.* sed etiamsi tantùm exciderint, ut inveniri non possint, *l. 3. §. 13. h.* si in flumen demersæ sint, *l. 11. pr. h.* si quod possidebam in aliam speciem translatum sit, *l. 30. §. 4. h.* si pecus aberraverit, *l. 3. §. 13. ff. h.* ubi tamen excipitur servus, *per supr. alleg. lit. a.*

f) Immobilium possessionem amittimus, si flumen vel mare eas occupaverit, *leg. 12. §. fin. ff. de reb. auth. jud. l. 3. §. 17. l. 30. §. 3. ff. h.*

vide

vide Bachov. *ad πρῶτ. p.* 1186. *& in addit. ad part. post. vol.* 2. *p.* 1385. si iis dejiciamur. *l.* 5. *de usucap.* si, cum absentibus nobis, quis eas ingressus esset, & ubi id rescivimus, *l.* 46. *h.* possessionis & rei apprehendendæ, nobis non amplius superesse facultatem putamus, *l.* 1. §. 24. 28. *& 29. ff. de vi & vi arm. l.* 3. §. 8. *l.* 6. §. 1. *l.* 7. *l.* 25. *in fin. h.*

g) Distinguendum tamen est inter res mobiles & immobiles, illas amittimus etiã ignorantes, ubi quis talem eas intervertẽdi animo contrectavit, *l.* 3. §. 18. *l.* 20 *l.* 47. *ff. h. v. supr. th.* 7. *lit. b.* harum possessionem amittimus etiam ignorantes, si modò alius fuerit possessionem ingressus, *l.* 44. §. 2. *ff. h.* item si quis nostro nomine possidebat, deferendæ possessionis causa excesserit, *l.* 31. *l.* 40. §. 1. *ibi aliud existimandum, ff. h. t.* vel alteri rem tradiderit, *l.* 3. §. 9. *ff. h.* si verò simpliciter exierit, possessionem retinemus, *l.* 3. §. 8. *h.* nisi dominus facultatem apprehendendi possessionem neglexerit, ut dicitur in *l.* 40. §. 1. *h.* sed huic juri derogatum est *per l. ult. C. h.* ubi asseritur, quòd per coloni discessionem domino præjudicium generari nequeat, etiamsi colonus possessionem alteri tradiderit, & licèt colono discedente, alter possessionem fuerit ingressus, quod hactenus admittendum est, ut tamdiu retineatur possessio à domino, quamdiu eam occupatam ab alio ignorat, aut postquam rescivit, spem eam recuperandi non deposuit, sed facultatem aliquam apprehendendi sibi superesse existimat. Hæc sunt, quæ de hac non minus perplexa & utili materia in præsentiarum (ita enim dicitur in *l.* 1. §. 2. *de tab. exhib.*) ex tenuitate ingenii mei proponere volui: Jehova Trinunus omnia tenens, omnia possidens, cui cœlum sedes & terra scabellum, det nobis in Christo Θεανθρώπῳ, Filio suo Redemptore & Mediatore nostro gratiam Spiritus Sancti, per quam illuminati, in possessionem Regni cœlorum beatissimas transferamur, illi soli

sit Laus Honor & Gloria in æternum,

Amen.

Coroll.

COROLLARIA.

1. *DE illis, qui Religionis & Legis divinæ curam non habent, sensit Viglius ICtus apud Metteran.* lib. 6. in fin. *inquiens,* ein Jurist ein böser Christ.

2. *Ducere quis potest eam, quam vivente uxore sua impregnaverat.*

3. *Confessio sine causa licèt non probet, probat tamen si fuerit repetita, nisi manifestus error intervenerit.*

4. *Per reiteratum consensum non tollitur remedium,* l. 2. C. de rescind. vend.

5. *Sententia interlocutoria, etiamsi sit geminata, revocari potest.*

6. *Concurrente prohibitione legis & hominis, adeoq; duplicis prohibitionis, quamvis alienationem, etiam in casu a iâs à jure permisso, prohibitam esse, multa exempla elegantia docent.*

7. *Iudæus tutor Christiani esse nequit.*

8. *Feudum legari potest.*

9. *Feudi filio concessi ususfructus patri acquiritur.*

10. *Vasallus cum vidua domini defuncti stuprum committens, feudo non privatur.*

11. *Romana Monarchia ante extremum diem non est peritura.*

12. *Lutheranæ religioni addictus Princeps in Imperatorem eligi potest.*

13. *Electorem, si tria habeat suffragia, se ipsum eligere, suaq; voce majorem numerum facere posse, non dubium est.*

14. *Privato, cui res ob publicam utilitatem à Principe auffertur, pretium à publico est solvendum.*

FINIS.

Österreichische Nationalbibliothek
+Z159127407